



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Baptismi Effectus

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Sed huic discursum fortasse non adeo certum esse, ut in dubium revocari non possit, cum illi homines per contritionem salvari possunt. At, quidquid sit de hoc, si mulier, vel Sacerdos, nescit se ad hoc obligatum, & Confessarius putat, se nōciturum potius, quā profuturum, non debere illum in re non omnino evidenti monere. Imō, si edoctum ab hoc heroico facto plenē abhorrentem conspiciat, non debere illum multum urgere, & in desperationem abigere. *part. 3. tractat. 5. resol. 50. §. Sed ponam. Vide etiam Ochagaviam de Sacrament. tractat. 2. quest. 41. num. 6. part. 5. tractat. 13. resol. 55.*

commissa: sive sint sacrilega contra Baptismum, sive nō. Minime verō commissa post susceptum Baptismum; nam hæc remittuntur per pœnitentiam in ordine ad claves: unde quamdiu non explcantur in Confessione, ad illa delenda, & baptismalem gratiam consequendam, requiritur contritio. Ita Cabrera de Sacrament. quest. 69. artic. 10. disputat. 2. §. 2. & sequent. Ipla verō fictio, si est secundi generis, deletur etiam per Baptismum cum sola attritione, quæ est sufficiens dispositio ad illius effectum; si verō est primi generis †, ex mente Cabrera † exigit contritionem, aut Sacramentum Confessionis in re *part. 3. tract. 3. resol. 14.*

Postquam vivit in Baptismi tollitur omnia peccata ante Baptismum, vel in ipso Baptismo commissa. Non autem post illud. Quæ de ipsa fictione.

BAPTISMI EFFECTVS.

Baptismi effectus sunt gratia, remissio pœnæ, Character, & ablatio irregularitatis præter bigamiam. Sed ad gratium requiritur dispositio. Unde, qui baptizatur sine non recipit gratiam, nisi recedente fictione.

59. † Effectus Baptismi sunt multi. Præcipui, gratia, quæ in infantibus expellit peccatum originale, & in adultis etiam actuale; Remissio pœnæ pro peccatis debita; Character, conferens potestatem suscipiendi reliqua Sacramenta. Ablatio irregularitatis omnis ante Baptismum contractæ, præter bigamiam.

60. Si autem quis fidē, seu absque debita dispositione, Baptismum suscipit, non recipit gratiam, nisi postea recedente fictione: † Porro fictio est duplex. Prior est, quia quis sine dolore Baptismum suscipit, cum peccato mortali, volens, & sciens, aut vincibiliter ignorans, ita suscipere, & hæc est propria fictio, cum qua Baptismum suscipiens committit novum peccatum sacrilegii. Secunda est, qua quis ad Baptismum accedit cum complacentia peccati mortalis: sed excusatur à novo sacrilegio ex ignorantia invincibili, aut quia putat, non esse necessariam aliam dispositionem præter fidem, & intentionem, aut, quia putat, se esse attritum, cum revera non sit. Quæcumque autem sit fictio, illa recedente, remittuntur per Baptismum non solum omnia peccata ante Baptismum, sed etiam in ipsa Baptismi susceptione

BARONES QUOAD PROTECTIONEM, & CLIENTELAM.

1. Multa curiosa circa Barones, & alios subditos alicujus Principis se subjacentes protectioni aliorum Dominorum, vel Principum, multæque adducuntur doctissimi opinioniones pro parte affirmativa, non minores sunt pro negativa. Et pro affirmante alleunt nonnulli, quod quando subditi propter negligentiam suorum Principum in eorum defensione, possunt ob justam causam patrocinium aliorum implorare. *Facch. leg. 23. & quod metus causa.* & in tali casu debent cavere ne præjudicium propriis Dominis inferant: Circa appositionem Stigmatum Regis Hispaniæ, &c. Ante portas Palatii Cardinalium, & Baronum appositio non officit Cardinalibus, vel Baronis Romanis, quia hæc non constituit protectionem, de qua loquitur, sed est quædam extrinseca demonstratio, se esse benevolos huic; vel illo Regi; reliqua vide. *part. 10. et. 7. per totas suas resolutiones.*

Ob justam causam qui à proprio Domino sunt prædicti possunt se alio submittere.

Appositio non officit cum non sit protectio sed extrinseca demonstratio.

B E L L V M.

1. Principes habentes utriq; jus probabile ad successionē alicuj; regni non

Regnum non potest armis non